Nunc quóniam id fieri nón potest, necéssitas
Me súbigit ut te rógitem. respondé mihi:
Quid ést quod tu exanimátus iam hos multós dies
Gestás tabellas técum, eas lacrumís lauis,
Neque tuí participem cónsili quemquám facis?
Elóquere, ut quod ego néscio, id tecúm sciam.

CALIDORVS

Miseré miser sum, Pseúdole.

PSEVDOLVS

Id te Iúppiter
Prohibéssit.

CALIDORVS

Nihil hoc Ióuis ad iudicium áttinet:
Sub Véneris regno uápulo, non súb Iouis.

PSEVDOLVS

Licét me id scire quíd sit? nam tu me ántidhac

---

et parsi legimus . . . Plautus: 'labori . . . libens' 10. *Diomedes p. 381, 12:* nam lauo lauas nos dicimus, illi lauis, ut Plautus in Pseudolo: 'gestas . . . lauis' *Priscianus IX p. 471, 2:* lauo laui, quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, lauo, lauis, lauit. Plautus in Pseudulo: 'gestas . . . lauis' *Non. p. 503, 37:* Lauit pro lauat . . . Plautus Pseudolo: 'eas . . . lauis' *Idem p. 466:* Lauere . . . Plautus Pseudolo: 'eas . . . laui' *Servius Danielis in Verg. Aen. X 727:* ergo 'lauitum' et 'lauit', sicut Plautus in Pseudolo: 'easque . . . lauis', id

---

7. qūo *B* POTẸST *A* NẸCESSITAS *A.* necesitas *C* 8. SUBI(*vel* E)GIṬ *A.* subigit (*g ex* it) *D* ROGỊTẸM *A* RESPONDẸ *A* 10. tecum *om. codd. Diomedis et Prisciani* easque *Serv. Dan.* LACRUMIS *A.* lacrimis *BD, Serv. Dan., Nonius p. 466, Diomedes,*
r
Priscianus. lacimis *C.* lacrimas *Nonius p. 503.* lachrymis *FZ* laui *Nonius p. 466* 11. NẸQ· *A* consilii *BCDFZ cum A*
ad ũbiũ
12. ẸLOQUERE *A* id *om. A, Ritschelius* 13. misere (ad ũbiũ *m. 2 add.*) *D.* misere aduerb̄ *C* ipseudole *ante ras. B* IUPPỊTẸR *A.* Iup piter *B.* iupiter *F* 14. PROHIBESSIṬ *A.* Pro hi bes sit *B.* ꝓhibes sit *C.* ///ꝓhibes sit (*er.* ꝓ) *D* nil *F* IUDICIUM(*incerta* D) *A.*
i
iuditium *D.* iudicū *C* 15. UENERỊS *A* uapulo (p *ex* s *ut vid.*) *C* ỊOUỊS *A* 16. PS.] C *B* Licet me *cum A libri, Brixius Nov. ann. vol. CXV (a. 1877) p. 329.* Licetne *Ritschelius cum Dousa fil.* id *om. A, ut v. 12*
· ante hac i· ante hac
tu meant id hac *B.* tu meant id hac *C.* tumeant id hac (i· ante hac *add. m. 2*) *D.* tu me antehac *F.* TUMẸOANTIDHAC (*in* Ẹ *tantum punctum supra additum certum*) *A: unde* med antidhac *omisso* tu *Bugge*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id416606717/29 UNIVERSITÄT LEIPZIG